

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nummotheca Principum Austriae

ex gazis Aulae Caesareae potissimum instructa, & aliunde aucta, quae a prima aetate, qua in Austria cusa fuit moneta Sub Babenbergicae Stirpis Marchionibus, Ad Usque Habsburgicae Gentis Principes, Lineae Hispano-Austriacae, Huiusque Masculum Ultimum Carolum II. Regem Hispan.

Complectitur tabulas aeri incisas LI

Herrgott, Marquart

Friburgi Brisgoviae, 1752

[Text]

[urn:nbn:de:bsz:31-241470](#)

XI.

Typus ut num. vii. in aversa tamen parte, sub axilla MARIAE dextra, æra Christi 1479. observatur.

Quæritur inter Nummophilios: an elegans hic, nec obvius nummus, inter numismata mnemonica, an vero inter nummos unciales, quos vulgo *thaleros* vocant, accensendus sit?

- a Cl. KOEHLERUS (a) utriusque sententiae momentis, in medium adductis, a nummis mnemonicis stat; eo quod primo, nullus Principum sibi ipsi titulum quendam honoris, in nummis, publico usui destinatis, attribuat, adeoque nec MAXIMILIANUS axioma MAGNANIMI, quod in nummo legitur, sibi attribuerit. Quin id ipsum argumento esse afferit: nummum hunc ab alio, MAXIMILIANI honoribus dicatum fuisse; idque triplicis generis typis (nos plures damus) evinci. Insuetum porro esse ait: imagines Principum coniugum in nummis uncialibus comparere, aut annos ætatis in iisdem consignari. Hisce rationibus nos quoque subscribimus, prolatisque ab eo rationibus superaddimus: nummum hunc non solum in argento, sed in auro quoque, uti inferius notabimus, reperiri; deinde idem typus quinques a nobis exhibitus: semel in numero ovatae figuræ, ut mox vidimus, comparet, quod genus nummorum publico usui haud designari solet. Cæterum, quod laudatus vir Clar. subiicit: num-

mum istum ad restitutos, seu MAXI-
ad eius generis nummos perti- MILIA-
nere, qui post fata Principum,
ad resuscitandam eorumdem me- NUS I.
moriam, signati fuerunt: in
hoc equidem ab eo discedere
cogor; cum vix credibile sit,
unum eundemque typum a
MAXIMILIANI posteris toties fu-
isse repetitum. Præterea æra
Christi, & anni ætatis Princi-
pum nonnullis additi, eosdem
utique ad certum & determina-
tum annum revocant, quo &
signatos esse, tenendum est.
Si enim serius, & post mortem
MAXIMILIANI cusi fuissent, id
utique vel ex signo aliquo, aut
nota temporis colligi deberet;
uti cum nummis restitutis FRI-
DERICI, quos supra Tab. IX.
num. XII. XIII. & XIV. dedi-
mus, & ipsius MAXIMILIANI
typo, quem inferius num. XLIV.
producturi sumus, factum est.
Ductus namque litterarum &
elegantia operis, quæ Clar. viro
recentius ævum sapere videntur,
suum non satis probant assertum.
Plures namque & similis elegan-
tiae & concinnitatis MAXIMILIA-
NI nummos manibus versamus:
ac non solum mnemonici multi,
sed usuales, quos utique nemo
inter restitutos adnumerabit,
eiusdem forme litteras præfe-
runt; uti ex tabulis nostris,
perquam fideliter ære expressis,
palam fit. Denique dictæ
litteræ haud ita recentes
sunt, ut eos Clar. auctor vult;
animadverto quippe in summi-
tate litteræ a lineam transver-
sam, quæ MAXIMILIANI ævo
haud dubie apprime respondet.

Quod

(a) Nummophylacii Burckard. P. II. vol. I. pag. 18 seqq.

MAXI-
MILIA-
NUS I.

Quod supereft, *Jacobus a MEL-*
LEN hunc nummum inter un-
ciales suos posuit, sibique per-
sufasit, MAXIMILIANUM anno
1479. decimum nonum ætatis
annum vix fuisse emensum. Sed
aliter serem habere ex his, quæ
modo, tum ex iis, quæ num.
vii. dicta sunt, abunde, opin-
or, patet. M. Imp. ar. pond.
dimid. unc. M. Buol. au. pond.
7. duc. ♂ in M. S. B. au. 8.
ducat. II. gr.

XII.

Typus & perigraphe cum antecedenti nummo conveniunt. Excipe, quod hic æra Christi in antica parte expressa sit, & MARIA pileo turbinato, uti eam supra num. viii. iam vidi-
mus, compareat. *M. S. B. pl.*

XIII.

MAXIMilianus I. ROM.anor-
um IMP.erator SEM.per AVG.
ustus. Protome MAXIMILIANI
cum pallio, opere phrygio con-
texto, capite nudo, ad lœvam
converso.

MARIA. CAR.oli BVR.gundiae
DVC. is FILIA. IMP.eratoris VXOR.
Protome MARIAE stolatæ, capi-
te coronato, dextrorsum con-
verso.

Nummus hic in auro quo-
que reperitur. Sed suppositius
est, & ab aurario quodam Ju-
dæo Pragensi, de quo supra
mentionem inieciimus, fabrefa-
ctus. Cl. KOEHLERUS omnium
eorum, quos impostor ille

(a) M.B.L. P.I. p. 90. ac præcipue P.VI.
pag. 138. ubi post TENZELIUM plenio-
rem eorum catalogum contexuit.

Hebræus evulgavit, catalogum Tab. XI.
exhibit (a).

a

Præsentis nummi falsitas non
solum ex eius fabrica, & litterarum forma, quæ illis tempora-
ribus haud quaquam convenit, se prodit; sed etiam adultera-
tio titulorum nullo negotio vel
in ipsa perigraphe deprehendi-
tur; MAXIMILIANUS enim
cum titulo & habitu Impera-
toris comparet: MARIA Impe-
ratoris uxor scribitur, id quod
veritati historicæ ita repugnat,
quam quod maxime; constat
quippe MARIAM iam tum anno
1482. seu secundum Gallorum
computandi rationem, die xxii.
Martii 1481. (b) obiisse; quo
MAXIMILIANUS, necdum Regia,
multo minus Imperatoria digni-
tate fulgebat. His tamen non
obstantibus, delineationi modo
descripti nummi locum in ist-
hic collectione, pro instituti
nostrri ratione, eo libentius con-
cedimus; quo ex contrariis
iuxta se positis veritas genuino-
rum MAXIMILIANI numisma-
tum magis elucescat. *M. Imp.*
ar. drach. 2. ♂ in T. H.

b

XIV.

MAXIM. ilianus. I. FRID.erici
III. FIL.ius ELECT.us ROM.anor-
um IMP.erator ANN.o M.CCCC.
LXXXVI: & in ambitu interio-
ri: IVDICII CAMER.a IMPER.i-
alis CONDITOR. Protome Cæ.
faris cum pallio, opere phry-
gio contexto, capite coronato,
demissis ad tergum lemniscis,
& ad lœvam converso, dex.
fce.

(b) Vid. Oliv. VERDII Sigill. Com.
Fland. p. 110.

Tab. XI. sceptrum tenentis, fin. palmæ ramum.

MARIA. CAR.OLI BVRG.UNDIAE DVC. IS FILIA. VNIC. A IMPERATOR. IS VXOR. Protome MARIÆ fere ut num. præcedenti: nisi quod hic, dextra manu exerta, velum, humero applicatum, prehendat.

Falsarius Judæus denuo adest, qui hunc nummum fabrificet; sed eosdem, quos in præcedenti, & aliquanto plures errores, etiam hic erravit. Judicium enim Cameræ Imperialis anno 1495. die VII., quo MARIA annum iam decimum tertium & eo amplius inter mortuos versabatur, constitutum est, eiusque exercitium serius cœpit (a). M. Imp. av. pond. 7. ducat. & ibid. ar. pond. dimid. unc. drach. 3. item in T. H.

NUMMI REGII ET IMPERATORII. XV.

†. MAXIMILIANVS. DEI. GRA. tia ROMANORVM REX. SEMPER AVG. uetus. Sedet Rex, regio ornatu conspicuus, in solio, dex. sceptrum gerens, fin. globum Imperii.

TENE MENSVRAM. ET. RESPICE. FINEM. MCCCC.LXXXVI. Scutum Regis Romanorum, coronatum, impressa aquila simplici, quæ parvulum in pectori gerit, Austria Burgundia, que tesseris distinctam.

Lemma, quo hic utitur
TOM. II. P. I.

(a) Conf. Acta Worm. §. 71. n. 11. DATT. L. IV. p. 701. Adde KOEHL. M. B. L. P. I. p. 89.

MAXIMILIANUS, a patre FRIDERICO Augusto desumpsit, il. MILIANUS I. ludque non raro in nummis aliisque monumentis postea adhucuit. Idem nummus reperitur quoque in auro, illumque Regalem aureum nominare solent, qui postea usui vulgari destinatus fuit; cum prius, secundum Cl. KOEHLERI (b) assertum, eius generis typus, sed minoris utique formæ, pro nummo misfili, sub ipsa coronatione in vulgus sparso, destinatus esset.

b

XVI.

MAXIMILIANVS REX ROMANORVM PAT. ER 1489. Scutum simplici aquila, pansis alis, exaratum, corona tectum, cruci in lilia desinenti superimpositum.

Perigraphe in adversa parte abrupta, sic continuatur: PHI. LIPPI ARCHDVCIS AVSTRIE. BVRGUNDIE BRABANTIE.

Figura illa cataphracta & coronata, quæ in hac averfa parte clypeum sustinet, PHILIPPUM, MAXIMILIANI ex MARIA Burgundica filium exprimi existimo. Licet enim anno 1489. vixdum annum ætatis undecimum ingressus, tractandis armis impar fuerit; quia tamen unicus tum temporis Burgundici, immo & Austriaci sanguinis furculus erat: recte clypeum Austria & Burgundia sustentans, velut utriusque Dominus fulcrum & columen, exhibetur. Eodem certe modo Saxones nativitati FRIDERICI AUGUSTI, hodie Poloniæ Regis

D feli-

& Jac. a MELLEN syll. num. unc. p. 192.

(b) M. B. L. pag. 398.

MAXI-
MILIA-
NUS L

a

feliciter regnantis, in quo tum pariter unica propagandæ lineæ Electoralis spes residebat, num-
mum uncialem consecrarunt (a), in cuius antica parte Princeps, vixdum natus, cataphractus tamen, cum galea cristata in capite, labentem clypeum Saxoniæ erigere conatur, adiecta periphe: FUTURUS ACHILLES.
SAXONICUS NAT⁹ VII. Octob.
M. DC. XCVI. Ad hæc pluri-
mum sane intererat MAXIMI-
LIANO, ut nummos faltem ali-
quos, sive mnemonicos, sive usuales, communi, id est sui filiique nomine signari curaret. Enimvero anno 1482. Lovanii ab Ordinibus filii sui tutor declaratus, illo tamen munere non imperturbate functus est. Flandrenses enim anno mox insequenti MAXIMILIANI impe-
rium detrectantes, atque id quod statutum erat, revocan-
tes, grave bellum civile excita-
runt, CAROLO etiam VIII. Gallo-
rum Rege in belli societatem atque auxilium evocato. Qui-
bus discordiis in annum usque
1488. durantibus, MAXIMI-
LIANUS ipse, a Brugensibus in
urbem suam invitatus, Gallo-
rum instinctu per summam per-
fidiam captus, ac primum post
novem menses liber dimissus
est (b). Pace itaque anno
1489. composita, nummus hic
in Flandria, ut parmulae eius
scutariae ostendunt, forte cam
ob caussam signatus est; ut
Belgarum affectui, quo aliunde
in filium magis, quam patrem
serebantur, aliquid tribueretur,

(a) Apud TENZEL. Saxon. Numism. lin.
Albert. p. 741.

atque adeo patris regimen, quod filii loco, seu tutorio nomine administrabat, libentius ferrent. De cætero nummus iste, qui apud nos ænus extat, postea in argento & auro signatus, ac usualis factus, *Regalis* appellatus est. M. S. B. a.

XVII.

MAXIMILIANVS. RO. manorum
REX. ET. BLANCA. M. aria CON-
IVGES. IV. Protomæ ambo-
rum iugatae: illius armata, pi-
leo operta, & torque aurei vel-
leris ornata: huius caput vitta,
ad instar pileoli formata, te-
ctum est. Additus numerus
IV. annum forte nuptiarum,
quæ in annum MCCCCXCIV. in-
ciderant, denotat (c).

c

Beatissima Virgo Deipara,
divinum infantem in ulnis te-
nens, septem Seraphim circum-
fusa est. Periphe ex Psal.
LX. 3. mutuata, sic fluit: ESTO.
NOBIS. TVRRIS. FOR. titudinis A.
FACIE. INIMICI.

Clar. KOEHLERUS, qui num-
mum hunc primus, quoad
sciam, edidit, amplam descrip-
tionem nuptiarum, quas MA-
XIMILIANUS cum BLANCA MA-
RIA celebravit, in medium ad-
fert, quæ apud eundem loco
mox citando, videri poterit.
K. m. b. l. P. IV. p. 73. Gr.
C. Suppl. I. p. 100. Tab. VIII.
num. 100.

XVIII.

MAXIMILIANVS IMPERATOR.
Protome Imperatoris pileati &
togati, ad levam converfa ,
cum

(b) Conf. STRUV. Corp. hist. Germ. Period.
x. p. 776. §. LIX.

(c) G. C. Supp. I. p. 101.

Tab. XI. cum patagio ex pellibus muri-
nis Ponticis, & reducta per hu-
meros vestimenti ora, dextra
exporrecta, sinistra aureum vel-
lus, ab humeris in torque de-
pendens, prehendentis.

Elegans hoc iconicum nu-
mismata, et si aversa parte careat,
cimeliis tamen adnumerandum
est; quod vultum, corporisque
ornatum, quin totam Cæsaris
effigiem scite, & venuste ex-
primit.

Cusum vero hunc num̄um esse
circa, vel potius post annum
1493. ipsa inscriptio, in qua
titulus *Imperatoris* expressus le-
gitur, satis clare evincit. Quan-
doquidem prædicto anno patri
in Imperio successit, iam ante
septem annos electus Rex Ro-
manorum. Scimus quidem
MAXIMILIANUM anno demum
1508. ad tertium Nonas Fe-
bruarii per *Matheum LANGI-*
UM, epistolarum Magistrum,
Tridenti e suggestu, non *Regem*,
uti adhuc, sed *Romanorum*
Imperatorem se deinceps appel-
landum, promulgari iussisse:
atque ex Italia reducem, Bols-
ani per *BERNARDINUM*, Tituli
S. Crucis Cardinalem, litteras
a Pontifice accepisse, quibus
ille Imperatoris titulum Tridenti
assumptum, a se confirmari si-
gnificaverit, non aliter, ac si
auream eius capiti imposuisset
coronam (a); hinc et si in
nummis quoque uncialibus, &
in moneta, quantum ex facta
a nobis collectione videri po-
test, MAXIMILIANUS, iam ab

TOM. II. P. I.

(a) *Gerard de Roo. Lib. XII. pag. 586.*
GUICCIARDINUS Lib. VII. pag. 702.

(b) *Conf. Du MONT corps universel*

anno 1493. Cæsar, ante di-
ctum annum 1508. simplici ^{MILIA-}
^{NUS I.} titulo *Regis Romanorum* usus fit:
attamen ex nummis mnemoni-
cis, quos hic subiungimus,
plene constabit, eum iam ante
annum 1508. titulo *Imperatoris*
usum fuisse, parcus tamen;
uti tam ex nummis, quos pro-
ducimus, quam etiam ex di-
plomatibus manifestum fit. In
utrisque enim, ante dictum
annum, raro admodum (b)
Imperatoris titulo honoratur,
ita, ut vero simile sit, eum
honoris titulum utroque ex
incuria potius, aut certe ex
longo usu, qui sub FRIDERICO
patre obtinuit, irrepisse, quam
studio & meditate fuisse adpo-
situm. *M. Imp. ar. pond. di-
mid. unc. 1. drach. T. H.*

b

XIX.

Pars adversa fere ut num.
præcedenti: genius seminudus
clypeo & hasta instructus, bi-
iugi curriculo vehitur, aurigan-
te hinc figura galeata, & tuni-
cata, illinc figura virili paluda-
ta. Ex inscriptione adiecta
num̄um BRVG. is signatum, aut
a Brugensibus oblatum fuisse
intelligitur.

Num̄um hunc victoriatum
anno 1494 cusum fuisse existi-
mo, quo MAXIMILIANS in
Belgium digressus, Traiecti a
PHILIPPO filio, atque MARGA-
RITA sumo gaudio exceptus, in
Geldriam properavit. Gel-
drius vero omni ope destitutus,
ubi a sola Cæsaris clementia

D 2 despe-

Diplomaticque ab anno 1493. ad annum
1508.

MAXI-
MILIA-
NUS I.

desperatis rebus suis auxilium
ferri posse animadvertisit, ad
MAXIMILIANUM Neomagum in
castra venit, & audaciæ suæ
veniam, simulque Geldriam,
beneficiario iure possidendam,
petiit; sed postulata eiusdem a
quatuor Electoribus, quos Cæ-
sar arbitros constituit, reiecta
fuere. Pacata Geldria Lovan-
ium MAXIMILIANUS venit, ubi
PHILIPPUS filius, accepto a Bra-
bantinis fidei sacramento, pro-
vinciarum regimen adivit.

Credibile ergo est, Brugen-
ses sui facti prioris memores,
quo MAXIMILIANUM anno
1488. eo tempore Regem Ro-
manorum, custodia septum te-
nuerant, iam Cæsari victori
num hunc gratulatorium,
ut in gratiam redirent, cernuos
obtulisse. Cæterum typus hu-
ius aversæ partis recurret inter
nummos CAROLI V. cum hac
sola differentia: quod in illo
vocabulum BRUG. sit omissum.
M. Imp. a. fus.

XX.

*IMP. erator CAES. ar MAX. imi-
lianuſ I. ET. FRID. ericuſ III. EL.
ector SAX. onie. Protomæ MA-
XIMILIANI Imp. & FRIDERICI
III. Elecotoris Saxoniæ iugatæ,
& ad lævam conversæ. Uter-
que toga pellicea indutus, in-
signi aurei velleris ornatus, &
pileo replicato tectus est.*

FRIDERICUM III. cognomeno
to *sapientem* Electorem Saxoniæ
magna gratia & auctoritate a-
pud MAXIMILIANUM Imp. pol-
luisse, resert TENZELIUS (a).
Ab eo *Vicarius* Imperii, dato di-

(a) Saxon. Numismat. lin. Ernest. p. 12.
(b) Ap. MULLERUM I. I. C. II. DATT. I. III. C. XII.

plomate Augustæ Vindelicorum ^{Tab. XI.}
1507. die ultima Augusti (b),
& adhuc paullo ante mortem
Imperatoris *Locumtenens Gene-
ralis* declaratus est. Ex insigni
itaque hoc favore factum est,
ut uterque eorum in uno nu-
mismate compareant; qua vero
potissimum ex occasione, &
præcipue, an in memoriam col-
lati *Vicariatus?* iudicent Eruditi
Saxones. Dubium præterea ob-
moveri posset: an non elegans
hocce numisma restitutis adnu-
merandum sit? Insuetum qui-
dem erat MAXIMILIANO, illa
formula uti: *IMP. erator Cæs. ar.*
Attamen non desunt monetæ
MAXIMILIANI; uti postea vi-
debimus, quæ illos honoris ti-
tulos veteri modo coniunctos
referunt. *T. H.*

XXI.

Protome Cæsaris, togati &
pileati cum patagio pelliceo, &
Ordinis aurei velleris insigni,
capite ad lævam converso, sine
perigraphe. In eætypo autem,
quod LUCKIUS (c) dedit, se-
quens legere est: *MAXIMILIA-
NVS D. ei G. ratia ROM. anorum
IMP. erator. SEMP. er AVG. natus.*
Rota, quæ sub mundo volvi-
tur, sub se habens malum pu-
nicum, adiecto, præter notam
chronologicam 1504. lemmate:
PER TOT DISCRIMINA.

Discrimina multa & varia,
in quæ inciderat MAXIMILIANUS
I. scite enarrat Clar. KOEHLERUS
(d). Hoc vero anno 1504.
iam novem supra decem bella
diversa gesserat Cæsar, eadem-
que tempestate RUPERTUM Pa-
lati-

(c) Sylloge num. p. 8.
(d) M. B. L. P. I. pag. 186.

ndicorum
uguli (b),
te mortem
uer. Cae.
Ex insigni
chum est,
n uno na-
qua ver-
sione, &
oriam col-
nt Erudi-
xterea ob-
n eleges
tis abu-
tum qui-
no, illi
Ces. et
monetz
etea vi-
oris ti-
unctos

gati &
ceo, &
nsigni,
o, sine
autem,
dit, se-
MILIA-
norum
afim.
volvi-
m pu-
notan
umate:

aria,
ANUS
ERUS
504
bella
adem-
P
di-